



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 85. Sandwicum in Anglia a Gallis occupatum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

**Sacul. XV.** mūm secundis ventis classem die vigesi-  
**A.C.1458.** ma octava Augusti ad Angliæ oram haud  
 procul Sandwico appulit.

## §. LXXXV.

*Sandwicum in Anglia a Gallis  
occupatum.*

**E**quidem maritimæ copiæ exscensionem faciunt, Petrusque Lovaniensis nemine reluctante portum occupat; sed minus secundam sortem expertæ sunt, quas Brezæus in continenti exposuit; quippe mille octingenti natione Galli sub imperio Præsectorum, quos belli experientia ac fortitudo animi satis celebrabat, munimentum quoddam fossis aqua tumidis circumvallatum superant, inde Anglos depellunt, ac stricto gladio eos insecuri promiscua pugnantium contentionе usque ad urbis portas mixtim cum hoste penetrant, ubi novo utrinque furore animis subdito certamen recrude-  
Matth Couci  
Hist. Car.  
VII. p.476. scere cœpit; Anglis tandem cedere, ac urbe exire compulsis Galli, qui sibi armis suis aditum paraverant, urbem deprædati sunt, & Ebroicensis Prætor interim vicina urbis loca suo milite cinxit, ut populares Anglorum copias turmatim in auxilium accurrentes propelleret, & eos ne urbis portas occuparent, præpediret. Jam decimam horam prælium tenuit, tanta

tanta Anglorum pertinacia, ut Brezæus Sæcul. XV.  
 Senescallus urbem relinquere, suosq[ue] A.C. 1458.  
 classiarios ad naves revocare decerneret,  
 quod & servato ordine, nulloque rece-  
 dentium tumultu vespere circa quintam  
 diei horam executus est. Gallorum na-  
 ves solidos tres dies ante urbis conspe-  
 ctim in anchoris secure fluctuare conspi-  
 ciebantur, tandem vero iis revulsis tota  
 classis vento secundo propulsa, & opima  
 præda, multisq[ue] in urbe factis spoliis di-  
 ves Honflorii portum feliciter intravit,  
 plurimis secum in captivitatem abstra-  
 ctis, qui caro pretio libertatem suam a  
 Gallis redimere compellebantur. Nec  
 tamen prospero hoc armorum successu  
 Henrici Angliæ Regis res restauratæ  
 fuerunt, cum Eboracensis Dux identidem  
 nova excogitaret molimina, ut legitimum  
 deturbaret Regem, sibique Regnum vin-  
 dicaret.

### §. LXXXVI.

*Lancastrienses & Eboracenses re-  
 conciliati.*

Tentata Gallorum exscensio opportu-  
 nam Angliæ Regi suppeditabat oc-  
 casionem, qua Lancastrienses cum Ebo-  
 racensibus conciliaret. Hanc in rem u-  
 trique multo rationum pondere exposuit  
 necessitatem, qua ambo urgerentur, ut  
 potius